

475 Ostiae rep., inde in repositis musei Lateranensis.

A S C L E P I A D E S  
SIMONIS · F · CNIDIVS  
FECIT SIBI · ET  
PREPVSAE · L · ET SVIS

Descripserunt Kiessling et Bormann. P. H. Visconti inscr. Ost. III n. 8, IV n. 13, V n. 14, VI n. 64; C. L. Visconti ms. descripsit m. Martio 1856.

476 Ostiae in aedibus episcopalibus.

D · M  
ATHENODORVS · MACEDONIS  
F · DORITANVS FECIT · SIBI · ET  
LIBERTIS · LIBERTABVSQVE  
5 POSTERISQVE EORVM  
IN · FRONTE · P · XVIS  
IN · AGRO · P · XXVIS

Vulpi Lat. 6, 195 (inde Mur. 1637, 17), qui vidit.

477 Ostiae in museo.

D · M · S  
P CAESELLIVS FELIX  
CIVIS · SVLLECTHINVS  
VIXIT · ANN · Ñ · XLVII · M  
5 Ñ · VI · POMPONIA · LICI  
NIA · MARITO · DIGNI  
SSIMO

Descripsi. Ex apographo meo edita est huius corporis vol. VIII p. 924 cap. V.

478 Ostiae rep. mense Ianuar. 1866, est ibi in museo.

DIS · MANIBVS  
T · FLAVIO · APOLLONIO  
ALEXANDRINO

Descripsi. C. L. Visconti ms.; acta ms.

479 parva tabula marmorea litteris pulchris. Ostiae effossa a. 1824 a Cartonio, postea Romae apud Kestnerum.

DIS · MANIBVS  
T · FLAVI · QVIR · ZOILI  
FILIO · PISSIMO · VIXIT  
ANNIS · XX  
5 PRISCA · HECATAEI · F · FECIT · SIBI · ET  
APHRODISIO · ARPOCRATIONIS · F  
ALEX · ET  
FLAVIAE · ARTEMIDORAE · FILIAE  
ET · SVIS · ET  
10 LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERISQVE  
EORVM  
ET · EPAPHRODITO · APHRODISI · LIB

Descripsit Kellermann. Amati ms. 9750 et in actis Arcadum vol. 28 (Dec. 1825) p. 350 (inde Cardinali *dipl.* n. 249; Marocco *monumenti dello stato pontificio* 7, 74); Melchiorri ms. (inde Cardinali *memorie romane* 3 p. 72 n. 38).

5 HECATAEI · F Kellerm., HECATAEI Melch., HECATAE Amat. — 7 *Alex(andrino)*.

480 rep. in via Ostiensi una cum n. 25. 74. 175, inde Romae in coenobio S. Pauli.

HIC EGO QVI SINE · VOCE LOQVOR DE MARMORE CAES  
NATVS IN EGREGIIS TRALLIBVS EX ASIA  
OMNIA BAIARVM LVSTRAMI · MOENIA SAEPE  
PROPTER AQVAS CALIDAS DELICIASQVE MARIS  
5 CVIVS HONORIFICAETAE VITAE NON IMMEMOR HERES  
QVINQVAGINTA MEIS MILLIBVS VT VOLVI  
HANC AEDEM POSVIT STRUXIDQVE NOVISSIMA TEMPLA  
MANIBVS ET CINERI POSTERIISQVE MEIS  
SET TE QVI LEGIS HAEC TANTVM PRECOR VT MIHI DICAS  
10 SIT TIBI TERRA LEVIS SOCRATES ASTOMACHI

Recognovit Zangemeister. E. Q. Visconti ms. Paris. I f. 118. 287, *monumenti Gabini della villa Pinciana* p. 120 (90); Fea *viaggio ad Ostia* p. 11; Nicolai *basilica di S. Paolo* p. 98, 93; Nibby *viaggio nei contorni di Roma* 2 p. 284 (inde Orelli 132), *diss. dell' accad. pont.* 3 p. 287.

Puncta paucis exceptis evanuerunt. — 1 LOQOR Fea. — 3 in vocabulum BAIARVM altera A videtur postea addita esse.

*Hic ego, qui sine voce loquor de marmore caeso,  
natus in egregiis Trallibus ex Asia,  
omnia Baiarum lustravi moenia saepe  
propter aquas calidas deliciasque maris.  
Cuius honorificae vitae non immemor heres  
quingenta meis millibus, ut volui,  
hanc aedem posuit struxidque novissima templa  
manibus et cineri posterisque meis.  
Set te, qui legis haec, tantum precor, ut mihi dicas:  
Sit tibi terra levis, Socrates Astomachi.*

481 rep. in Portu.

d. m. S ·  
VALETVS  
VETVRIVS  
CIVIS AFER CO  
5 IONICVS VIX  
IT ANNIS IXX  
MESIS II DIES  
VIII

Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 190.